

**A**ctus est. Hic Bonifacius constituit, ut nulla mulier, vel Monacha pallia sacrata (8) contingere, aut lavaret, aut incensum poneret in Ecclesia, nisi minister: (9) nec servum Clericum fieri, nec obnoxium curia, vel cuiuslibet rei.

Hic fecit oratorium in cœmeterio Sanctæ Felicitatis juxta corpus ejus, & ornavit (10) Sepulcrum Sanctæ Martyris Felicitatis, & Sancti Livianii, (11) ubi & posuit hæc: Patenam argenteam pensantem libras viginti, scyphum argenteum pensatum libras 10. Amam argenteam pensantem libr. 13. Calices minores (12) argenteos duos pensantes libras quatuor. Coronas argenteas tres pensantes libras 15. Hic fecit ordinationem unam (13) per mensem Decembrem, Presbyteros 13. (14) Diaconos 3. Episcopos per diversa loca 36. Qui etiam sepultus est (15) in cœmeterio Sanctæ Felicitatis martyris, via Salaria, octavo calendaras Novembres, & cessavit Episcopatus per dies novem.

#### XLIV. S. COELESTINUS.

A N N O C H R I S T I 423.

THEODOSII 16.

**C**oelestinus, natione Campanus, (1) ex patre Prisco, sedis annos novem, mensem unum, dies 9. (2) Hic fecit multa constituta, & constituit, ut centum quinquaginta Psalmi David ante Sacrificium psallerentur antiphonati, (3) quod ante non fiebat, nisi tantum recitabantur Epistola Pauli Apostoli, & Sanctum Evangelium, & sic misse fiebant. (4) Hic fecit constitutione de omni Ecclesia, maxime & de regione, (5) quæ hodie archivio Ecclesiæ tenentur reconditæ. Hic dedicavit Basilicam Julianæ, (6) in qua obtulit post ignem reticulapatenam argenteam pensantem libras quindecim, scyphos argenteos duos pensantes singuli libras octo. Amas argenteas duas, pensantes singula libras decem. (7) Candelabra argentea duo, pensan. singula libras triginta. Cantharas ceroftatas æreas 14. penan. singulæ libras tri-

- (8) A. pallam sacratam, & ita in C.
  - B. pallam sacram contingere, aut incensum poneret &c.
  - (9) A. in Ecclesia aut ministrare, nec servum &c.
  - (10) A. & ordinavit sepulcrum.
  - (11) & S. Silvani in A. B., & C.
  - (12) A. calices minores duos penf. lib. III.
  - B., & C. calices minores duos penf. sing. lib. IV.
  - (13) A. B., & C. in urbe Roma.
  - (14) B. XIV.
  - (15) A. Qui etiam sepultus est juxta corpus S. Felicitatis via salutaria.
  - B. Qui etiam sepultus est via salaria juxta corpus S. Felicitatis &c.
- C O E L E S T I N U S.
- (1) A. natione Romanus. C. Campanus, vel Romanus.
  - (2) A. sedis annos VIII. mens. X. dies XVII., & ita in B., & C.
  - D. annos VIII., reliqua ut in edito.
  - (3) A., & B. Antiphonatim ex omnibus, quod ante non fiebat. Sic tantum Epistola Beati Pauli Apostoli recitabatur, & S. Evangelium. Hic fecit &c.
  - C. Antiphonatim ab omnibus &c.
  - (4) B., & C. & constituit graduale post ufficium ad Missas cantari, idest responsoriū in gradibus. Hic fecit &c.
  - (5) A., & B. maximè, & de Religione. C. maximè de regionibus.
  - (6) A. Basilicam Julii, in quo obtulit post ignem Zeticum Patenam arg. penan. lib. XXV.
  - B. Basilicam Julianam, in qua multa dona ob-

ginta. Item Coronas argenteas decem pensantes singulæ libras 10. Ad Beatum Petrum Apostolum Pharam cantharum pensan. libras vingtiquinque ex argento purissimo. Cantharas argenteas ceroftata in gremio Basilice virginis quatuor pensan. singulæ libras viginti. Hic fecit ordinationes tres (8) per mensem Decembrem, Presbyteros 32. (9) Diaconos 12. Episcopos per diversa loca 46. (10) qui etiam sepultus est in cœmeterio Pritillæ, via Salaria 8. idus Aprilis, & cessavit Episcopatus per dies 21. (11)

#### XLV. S. SIXTUS (1) III.

B A N N O C H R I S T I 432.

THEODOSII 25. VALENTINIANI 8.

**S**ixtus tertius, (2) natione Romanus, ex patre Sixto, sedis annos octo, (3) dies 19. Hic post annum primum, & mensis octo, à quodam (4) Basso incriminatus, accusatusque est. Eodem tempore audiens hoc Valentinianus Augustus, iussit Concilium Sanctæ Synodi congregari, & facto conventu cum magna examinatione judicio Synodico purgatus (5) à quinquaginta sex Episcopis, & condemnatus Bassus à Synodo, ita tamen ut ad ultimum diem viaticum ei non negaretur propter humanitatem pietatis Ecclesie. Hoc audiens Valentinianus Augustus cum matre sua Placida (\*) Augusta furore sancto commoti proscriptione Bassum condemnaverunt, & omnia prædia facultatum ejus Ecclesiæ Catholice sociaverunt. Quia Bassus nutu divinitatis intra menses tres defunctus moritur. Cujus corpus Sextus Episcopus cum linteamebus, & aromatibus manibus suis tractans, recondensque sepelivit ad Beatum Petrum Apostolum in cubiculo parentum ejus.

Hic fecit Basilicam Sanctæ Mariæ, quæ ab antiquis Liberii cognominabatur juxta macellum Libyæ, ubi & obtulit hæc: Altare argenteum purissimum pensans libras trecentas. Patenæ argenteas tres pensan. (6) libras sexaginta.

tulit Patenam argenteam penf. lib. XXV: scyphos argenteos II. penf. sing. lib. X. calices minores arg. V. penf. lib. VI. aquamaniles II. penf. sing. lib. X. candelabra argentea II. penf. sing. lib. XXX. canthara Cirofata ærea XXIV. penf. sing. lib. XXX. coronas arg. X. penf. sing. lib. X. Ad B. Petrum Apost. cantharum arg. penan. lib. XXVI. canthara Cirofata ærea XXIV. penf. sing. lib. XX. Hic fecit &c.

C in qua post ignem Zelari obtulit hæc dona &c. reliqua ut in B. preter ad calices minores pro lib. VI. babet III. post B. Petrum Ap. babet Farum canth. ad cantharum arg. pro lib. XXVI. babet XXV.

(7) A. calices minores argenteos V. pensan. sing. lib. IV. aquamaniles argenteas penf. lib. X.

(8) A., & C. in urbe Roma.

(9) B. Presbyteros XXII.

(10) C. Episcopos &c. XLII.

(11) C. dies XXII.

(1) XISTUS in B., & C. XYSTUS in A., & D.

(2) nō tertius deēt in A. B., & C.

A. C., & D. Xysto.

(3) A fedit an. VII. dies XIX.

(4) A., & B. octo, incriminatur à quodam Basso eodem tempore &c.

(5) A. B., & C. Judicij Synodici purgatur &c., & condemnatus Bassus a Synodo.

Xistus hic fecit Basilicam.

(\*) Placidia in omnibus.

(6) B., & C. patenas arg. III. penf. sing. &c.

A. lib. X.